



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiae**

§. 1. De dubio iuris propriè seu practicè proprio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

Religionis ediderit, mox incipit dubitare, vtrum obligetur. Item ex Dubio iuris, Practicum; V.C. *dubitans* Vtrum Baptismus validus fuerit, mox dubitare incipit, an repeti debeat, vtrum res fuerit sua, mox an eam retinere possit.

N Eadem diuisio, quæ est Dubii, est etiam Opinionis & Sententiæ.

§. I.

*De Dubio Iuris propriè seu practicè practico.*

3 **A**sert. 3. Agere vel omittere aliquid cum dubio propriè practico, semper est peccatum, probat. Rom. 14. Quod non est ex fide, peccatum est; id est, quod non fit cum determinato iudicio intellectus. Ratio 1. Omnis actus humanus rectus & honestus debet esse prudens; prudentia autem consistit in iudicio mentis definiens, quid hic & nunc licitè fiat, vel non fiat. 2. Exponens se periculo peccandi, peccat eodem genere peccati, cui se exponit, qui autem agit aliquid vel omittit cum dubio practico, id est, dubitans vtrum agendo vel omittendo peccet, is committit se peccandi periculo. Ergo,

4 Ad rectè operandum requiritur iudicium practicum, moraliter certum, quo excludatur omnis formido oppositi. Nam prima regula humanarum actionum debet esse firma & constans, scilicet conscientia recta, quæ est actus prudentiæ, vnius ex intellectualibus virtutibus, quæ semper ad verum inclinant, at opinione aliquando fallimur. Deinde, quicumque exponit se periculo peccandi, peccat, at quicumque operans practicè certus non est, is committit se periculo peccandi, Ergo, excipe scrupulum & per-

& perplexitatem, quâ intellectus vtrumque iudicat peccatum, & eo errore se expedire nequit.

§. II.

*De Dubio seu questione practicè vniuersali, quæ est inter diuersas Doctorum opiniones probabiles.*

**N**ot. 1. Qui vni parti quæstionis opinativè assentit, potest alteram nihilominus probabilem iudicare, sed non veram asserere. Non veram dico, quia impossibile est, vt intellectus duabus propositionibus contradicentibus directè assentiatur, sive vtramque veram iudicet: sed hoc ipso, quod vni debiliter assentitur, & veram iudicat, eius contradicenti dissentit, falsamque iudicat, cum tamen consistere potest, vt eandem probabilem censeat. Sic Doctores frequenter sententiam aliquam adductis rationibus falsitatis arguunt, quam tamen probabilem esse fatentur. Cæterum cui vna pars quæstionis vel per rationem evidens, vel per fidem certa apparet, ei pars opposita nullo modo probabilis videri potest. 9.

Not. 2. Licet omnis pars quæstionis, si probabilis sit, opinativum assensum gignere possit, tam absolute id non potest in omni intellectu. Si enim tibi pars opposita quæstionis probabilior videatur, seu maiora rationum monumenta in illam partem perspicias; licet assensum omnem cohibere tunc possis, tamen ex hypothesi, quod alteri parti assentiri velis, necesse est, vt probabiliori assentiaris, alteri autem minus probabili tunc assentiri non potes. Si enim minus probabili assentiaris, seu veram iudices, hoc

A 5 ipso